

269 St. Vincent St.
Birmingham
16. 4. 85.

Domine clarissime

Ob benevolentiam tuam

quod fungos meos determinasti
et Misc. Myc. Ed. II ad me misisti
gratias ago. Cladotrichum strictum
profecto cum Diplococc: spicato
congenericum, at diversum (me
saltem iudice), illud tamen non spic
atum. Fungillos quosdam simil
es ac has litteras melle, quas velim te
benevole microscopio supponas;
paucorum etiam diaphanos
trado in Syll. Fung. valentinens. IV.
utendas. In diagnosi Rhinotrichi
Thwaitesii varietati cinnamomei
meae, velim tu benevole et in nomine
et in descriptione pro "cinnamomeo
fulvum" scribas; epitheton enim hoc
melius cum fungi colore convenire
videtur. Id equidem in scriptis meis faciam.

Haplospatium bicolor, Grove.

Stipitibus effusis, gregaris,
subinde binis ternisque basi
connatis, erectis, strictis, septi-
atis, fusco-atis, apicis, apice
pallidioribus retundatis, basi
bulbosis, 250 - 300 μ x 8 μ ;
sterigmatibus dense radiantibus,
pallidioribus, per pericillatim
fasciculato-ramosis, capitulum
torbriatum vel obconicum effor-
mantibus, 25 μ long., persistenti-
bus; conidiis oblongis vel ovatis,
subacutis, hyalinis, 4 - 5 μ long.,
mucos obvolutis, in massam
apicalem pallide melleam
obovatae confectis.

In ligno molli putrescente
"New Park, Middleton", prope
Birmingham, Britannia.

Eidem generi, in "Science
Gossip" in nota non edenda,

adscripti, note H. delicatum, Berk.

Haplocephium tenuissimum (Corda)

H. ——— chlorocephalum (Fres.)

Sphaerulina intermedia formam

habes, cui in herbis nro nomen

var. "abbreviata", ob perithecia

in lineas breves parallelas terne
quaternas ^{seriata} ~~seriata~~, utpote ~~ita~~

in Sphaeria abbreviata, Cooke

persimilia, datum. Asci et

Sporidia ut in forma "Cosmit"

tua. In sarmentis ^{emortuis} Rubi pruni

asi, Langlez, prope Birmingham.

An diversa a Stigmatella seriata,

Winkler, Fl. 1872 p. 544?

Stagonospora pini, prope in

Peritheciis, lectis, epiphyllis, sparsis,

rotundatis, atris; Sporulis pallide

lanceolis, cylindrico-fusoides, 1. denis

3-septatis, $16-20\mu \times 3-4\mu$, singulis

by alinis in foliis pini

vestris, Iceland Hibernia (H. W. Lett).

Sphaerema mirabile, Grove.

Peritheciis primis latentibus, emergentibus, deinde superficialibus, globulosis, basi appplanatis, fere hemisphaericis, 80 μ diam., atris, rugulosis, filis septatis flexuosis cinereo-fuscis 50 - 100 μ $\times$ 2 $\frac{1}{2}$ μ longis tectis, subinde glabris, in rostrum longissimum & rude curvatum flexuosum, sursum sensim attenuatum, 4 - 5-pla peritheciis longius apice ^{interdum} fimbriatum productis; globulis albidis; nucleis in coccis rotundis hyalinis, dein granulosi aqua suffusa recedentibus; in coccis oriuntur 6 - 12 ovali-oblonga hyalina sporula, 3 - 4 μ $\times$ 2 μ . In ligno putredine exso, "Langley" prope Birmingham, An a Sph. cornuta, Fr. div. sum?